



## Universitätsbibliothek Paderborn

**Consolator Fidelis Et Proficientis Animæ seu  
Exhortatiunculæ Spirituales Et Succinctæ In singulas  
Dominicas & Festa anni divisæ, quibûs Confessarius in S.  
tribunali animam Deum verè quærerentem paternè ...**

**Eisvogel, Veremund**

**Augustae Vindelic., 1727**

5. S. Vincentius Ferrerius Confessor

[urn:nbn:de:hbz:466:1-52716](#)

292 V. Aprilis. S. Vincentii Ferrerii.

Festum S. Vincentii Ferrerii ex  
Ordine S. Dominici Concionatoris  
Zelosissimi.

EXHORTATIUNCULA I.

Fili dilecte! quem hodie colimus  
Sanctum? Deo, cœlo, & homini  
gratissimum. Tamæ fuit eloquentia,  
& sanctitatis in prædicationis officio, ut  
Judæorum arguendô perfidiam, & Sa-  
racenorum confutandô errorem, ac  
pertinaciam, animas innumeras sit lu-  
cratus Christo. O utinam plures exsur-  
gerent Vincentii, & tam zelosi pro  
Christi Nomine Viri Apostolici!

Instruētio meritoria.

Sunt, ò fili! in Sacris Religionibus  
enutriuntur. Ut multiplicentur, Lyta-  
nias de omnibus Sanctis hodie dicamus,  
rogantes Dominum, ut tales mittat  
operarios in vineam suam, quorum ze-  
lô, & spiritu gloriosè Romana exal-  
tetur, & triumphet Ecclesia. Hâc stan-  
te, stabit & Christianorum gloria.

II. Quæ-



## II.

**Q**uærimus, ò fili! unde tanta in animos vis, & virtus S. Vincentio? De tremendo judicio Dei dixit: inde omnis terror. Boni stimulabantur ad virtutem, mali revocabantur ad pœnitentiam. An hic non illud ex Deuter. c. 32. exclamem: *Utinam homines sapient, & intelligerent, ac novissima providerent!* Profectò mundus, & dæmon cum carne non ita prævalerent.

*Instructio meritoria.*

Non ibimus in lectum nisi præmissâ conscientiæ nocturnâ discussione, & ut in judicio extremo placatum experiamur Judicem, Vesperas ex officio defunctorum recite mus cum Psalmo *Miserere*, & quidem ad exemplum S. Caroli Borromæi, funiculô pœnitentiali à collo dependente. Non parcitur nisi pœnitenti.

## III.

**Q**uis neget, S. Vincentium fuisse Divi Dominici filium? Beatissimæ Virginis Mariæ Officium quotidie dixit. Ut parvuli continuò ore, & corde vol-

N 3 verent

294 VII. Aprilis. S. Hermanni Josephi.

verent Ave Maria, solerter invigilavit,  
quin & suaviter persuasit. Fili! an hoc  
non est ex ore infantium, & lactentium  
perficere laudem, & gloriam Mariæ?  
Id ipsum possumus & nos. Possimus  
verbo & exemplō. Væ scienti bonum,  
& non facienti!

*Instructio meritoria.*

Rosarium cum Cursu Mariano in om-  
ni devotione, modestia, & attentione  
persolvamus, & ad quamlibet decadem  
decies exosculabimur terram cum di-  
cto : *Laudetur centies millies Nomen,*  
*& Gloria Mariæ! O sacratum os!*

Festum S. Hermanni Josephi  
ex S. Ordine Præmonstratensium,  
Clientis Beatissimæ Virginis  
addictissimi.

**EXHORTATIUNCULA I.**

**F**illi! etiam Mariæ sunt deliciæ esse  
cum filiis hominum. Maria cum  
Hermannῳ agebat quām familiarissimē.  
Oranti Jesulū tradidit : phlebetomo-  
ne brachium offenderet, astitit : infir-  
mum pro sanitate remedia docuit. O  
quan-